



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

Appendix Marculfi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

tensis Domini pietas ad Ecclesiarum profectum per multa spatia temporum vos conservare & custodire dignetur.

*Quidler ex ordinatione Regis pro nativitate filij sui Domesticus de villa Regis per sua epistola relaxat ingenuos.*

LII. Ego in Dei nomine ille Domesticus ac si indignus gloriissimi Domini illius Regis super villas ipsius illas, illi ex familia dominica de villa illa. Dum generaliter ad omnes Domesticos Regis ordinatio processit pro nativitate Dominicelli nostri illo, ut à Domino melius conservetur, de unaquaque villa sifcale tres homines ex ferventibus inter utroque sexu à servitio larentur, & nos ita faciendum ob hoc ordinatione recepimus, propterea te per

hanc epistolam nostram, sicut mihi iussum est, ab omni vinculo servitutis absolvo, ita ut deinceps, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus, vitam ducas ingenuam, & in nullo servitio nec à nobis nec à successoribus Domesticis nec à quocunque de parte fisci penitus in servitio inclinari non possis, sed per hanc epistolam ingenuitatis, sicut nobis iussum est fieri, bene & integrè ingenuus cunctis diebus vita tuae debeas permanere. Si quis verò aliquis te de statu ingenuitatis tuae impulare voluerit, inferat tibi cum cogenti fisco auri libram unam, & quod repetit vindicare non valeat, sed præfens epistola firma permaneat, stipulatione subnexa. Actum ibi sub die illo, anno illo, Rege illo, supra scripto illo Dōmno nostro Rege.

APPENDIX  
FORMVLARVM MARCVLFI,  
SIVE  
FORMVLÆ VETERES  
INCERTI AVCTORIS.

IN CIPIVNT CAPITVLA.

- |   |   |
|---|---|
| 1. <i>Notitia de colono evindicato.</i>           | 20. <i>Traditoria de manso vel vinea.</i> |
| 2. <i>Charta sacramentalis.</i>                   | 21. <i>Notitia de servo.</i>              |
| 3. <i>Notitia de servo.</i>                       | 22. <i>Notitia de jaellivis.</i>          |
| 4. <i>Iudicium evindicatum de colono.</i>         | 23. <i>Securitas.</i>                     |
| 5. <i>Notitia de colona evindicata.</i>           | 24. <i>Charta denarialis.</i>             |
| 6. <i>Notitia de servo quem colonus comparat.</i> | 25. <i>Mandatum.</i>                      |
| 7. <i>Notitia de terra evindicata.</i>            | 26. <i>Cessio ad Eccleiam.</i>            |
| 8. <i>Ingenuitas.</i>                             | 27. <i>Precaria.</i>                      |
| 9. <i>Mandatum.</i>                               | 28. <i>Prefaria.</i>                      |
| 10. <i>Traicturia pro itinere peragendo.</i>      | 29. <i>Notitia de homine forbatus.</i>    |
| 11. <i>Cessio ad Eccleiam a novo edificatam.</i>  | 30. <i>Indiculus regalis.</i>             |
| 12. <i>Litteræ commendatitiae seu formate.</i>    | 31. <i>Item alius indiculus.</i>          |
| 13. <i>Ingenuitas.</i>                            | 32. <i>Notitia de colonio.</i>            |
| 14. <i>Venditio.</i>                              | 33. <i>Notitia sacramentalis.</i>         |
| 15. <i>Cautio.</i>                                | 34. <i>Notitia de herbis malefiscis.</i>  |
| 16. <i>Obnoxiation.</i>                           | 35. <i>Cessio.</i>                        |
| 17. <i>Commutatio de terris.</i>                  | 36. <i>Evacuatoria.</i>                   |
| 18. <i>Charta agnationis.</i>                     | 37. <i>Libellus dotis.</i>                |
| 19. <i>Traditoria de terra.</i>                   | 38. <i>Indiculus regalis.</i>             |

Tom. II.

E e

39. *Aequalentia vel paclum.*  
 40. *Donatio ad casam Dei.*  
 41. *Precaria.*  
 42. *Prefataria.*  
 43. *Traditoria de terra.*  
 44. *Emanitas sanctorum.*  
 45. *Indiculus regalis.*  
 46. *Relatione quod.*  
 47. *Hereditoria.*  
 48. *Redemptionale.*

49. *Hereditoria.*  
 50. *Cantio de vinea.*  
 51. *Securitas.*  
 52. *Donatio ad filios.*  
 53. *Mandatum.*  
 54. *Gesta.*  
 55. *Epistola.*  
 56. *Gesta manumissionis.*  
 57. *Traditoria.*  
 58. *Obnoxiatione.*

*Notitia de colono evindicato.*

I. **N**otitia qualiter vel quibus praesentibus veniens homo aliquis, nomine ille, advocatus sancti illius de monasterio illo & illo Abbatie, in civitate illa in mallo publico ante illum viro illo Comite vel alii quampluribus personis ibidem residentibus, interpellabat hominem aliquo nomine illo, repetebat ei, dum diceret eō quod ante hos dies ipse homo sacramentum contra ipsam casam Dei vel ipsius Abbatis habuisset adhramitum ad suam ingenuitatem defensandum in ipso mallo in basilica sancti illius ob hoc jurare debuisset, & ipse homo de ipso sacramento iecatis remansit, & ipse homo nullatenus rationes potuit tradere per quod ingenitus esse deberet, vel ipso sacramento jurare potuisset. Et dum hac causa apud ipso Comite vel ipsis Racimburgiis diligenter fuit inventa vel inquisita, & legibus fuit definita, & ipse homo in praesente pro colono ad casam sancti illius vel ipsius Abbatis sibi recognovit vel recredit, & ipse vicarius per iussionem ipsius Comitis ipsum hominem per manus, pro colono ipsius, advocato illius Abbatis visus est reddidisse, propterea taliter ei fuit judicatum ut de hac causa notitiam bonorum hominum manibus roboratam eum accipere deberet, quod ita & fecit, ut ipsum hominem ipsa casa Dei vel ipse Abba seu rectores eorum pro colono habeant evindicatum, & sit inter ipsos postmodum ex hac re sublata causatio. His presentibus qui subter firmaverunt.

*Charta sacramentalis.*

II. Veniens advocatus sancti illius de monasterio illo, seu & illius Abbatis de praedicto monasterio illo, castro illo, in mallo publico, ante illum viro illo Comite vel alii quampluris qui ibidem aderant, interpellabat hominem aliquo nomen illo, repetebat ei dum diceret eō quod genitor suus nomine ille colonus sancti illius

de villa illa fuisset, & ipso colonito de capud suum ad ipsa casa Dei redebeat, & exinde neglegens aderat, & ipse in praefente hoc fortiter denegabat, & taliter dedit in suo responso quod de patre franco fuisset generatus, & de matre franca fuisset natus, unde tale sacramento per suam fictitiam viuis fuit adhramire, & taliter ei fuit judicatum, ut hac causa apud proximiores parentes suos, octo de parte genitricis sue, si præmortui non sunt, & si præmortui sunt, apud duodecim francos, tales qualcum se esse dixit, in illo castro, in basilica sancto illo, ubi reliqua sacramenta percurrunt, in quadraginta noctes in proximo mallo post bannum resum hoc debeat conjurare.

*Notitia de servo.*

III. Notitia qualiter vel quibus praesentibus veniens ille in causa monasterij sancti illius, civitatis illius Pontifici, ad vicem venerabile viro illo Abbate de praedicto monasterio, die illo, illa civitate, in mallo publico, ante illustre viro illo Comite, & ante illo Episcopo, vel alii plures magnificis viris qui ibidem resedebant, homine aliquo nomen illo ibidem interpellabat dicens eō quod servus monasterij sancti illius de capud suum aderat, & colonus ipsius sancti ille nomine illum de franco homine comparasset, & malo ordine ipso servitio partibus monasterij sancti illius effugiebat vel intendebat. Interrogatum fuit ipsi servo si ipsa causa vera erat aut non. Sed ipse servus in omnibus hoc fortiter denegavit, & ipse Abba vel suus advocatus contra praedicto servo intendebant, & taliter dixerunt, quod testimonia homines francos praesentare potebant, qui hic adstabant, quod ipse colonus ipso comparaverat, & in suum servitium cum viderant deservire, & per lege servus sancti illo esse debet. Et ipsa hora ipse Abba, vel ipse advocatus, sua testimonia homines septem, his nominibus illo

& illo, adrhamivit ut in crastinum die illo ibidem præsentare deberent. quod ita & fecerunt. Et ipsi homines sic testimoniauerunt, quod per lege servus sancti illius aderat debitus, & quomodo hoc testimoniaverunt... super altario sancti illius, in illa capella, quam in curte fisci, ubi reliqua sacramenta soluta sunt, jurati dixerunt. Denuo ipsis servos fuit interrogatum si ipsa causa recognoscet, si sic erat veritas. Sed ipse servus in omnibus hanc causam recognovit, & ad servitium sibi reveritus fuit, & ipse Abba per judicium ad ipsas personas, per iussionem illius Comite, de manu illi. Vicario exceptum, ibidem pro servo sancti illius evindicabat. His præsentibus.

*Iudicium evindicatum de colono.*

IV. Cūm reseedisset venerabilis ille Abba & inlustre vir ille in villa illa in pago illo, ubi ille Comes esse videtur, per iussionem Domino & gloriofo illo Rege, ad universorum causas audiendum vel recta judicia in Dei nomine terminandum, ibi que veniens ille advocatus monasterij illius vel illius Abbatis homine aliquo nomine illo interpellabat, repetebat ei, dum diceret eō quod legitimo colonio partibus monasterij sancti illius vel illius Abbatis ad villa illa de parte genetricie sua redebet, & negligens & jetivus exinde aderet. Sed ipse homo de præsenti adstabat, & ipsam causam nullatenus potuit denegare, & ad ipsum colonio se recognovit, & per manus ipsum hominem ipsum Abbatis reddidit. Proinde taliter ab ipsis Missis dominicis, vel illo Comite, seu & ab ipsis Rachimburgiis, ipsis advocate in causa sancti illius vel ipsis Abbatis proximitatis studium fuit judicatum ut dum ipsa causa taliter fuit inventa & legibus definita, ut tale iudicio evindicato exinde accipere deberet, quod ita & fecit, ut omni tempore ad ipsum colonio sancti illius ad villa illa illum habeat evindicatum vel elidiatum, & sit in postmodum inter eos ex hac re sublata causatio. Datum in mensilio, in anno illo.

*Notitia de colono evindicata.*

V. Veniens homo aliquis nomine ille advocatus sancti illius, de monasterio sancti illius, vel illius Abbatis de ipso monasterio, die illo, in mallo publico, ante inlustre illo viro illo Comite, vel ante plurimis personis qui ibidem aderant ad universorum causas audiendum vel recta judicia in Dei nomine terminandum, qui

Tom. II.

subter firmaverunt, femina aliqua nomine illa ibidem interpellabat, repetebat ei dum diceret eō quod avus suus nomine ille quondam, vel genitor suus ille quondam, coloni sancti illius de villa illa fuissent, & ipsa femina colona esse debebat, & ipso colonio malo ordine de ipsa causa Dei effugeret. Sic ipsa femina in præsente adstittit, & ab ipsis personis ei interrogatum fuit si ipsa causa esset veritas, an non. Sed ipsa . . . in omnibus fortiter denegavit, & taliter dixit, quod avus suus ille quondam, nec genitor suus ille quondam, coloni sancti illius de villa illa nunquam fuissent, nec ipsa colonio de capitulo ad ipsa causa Dei sancti illius nunquam re-debebat, sed de patre & de matre bene ingenua nata vel procreata fuisset. Sic ab ipsis personis taliter ei fuit judicatum, ut apud duodecim homines parentes suos, oculo de patre, & quatuor de matre, si præmortui non sunt, & si præmortui sunt, apud duodecim homines bene frances Salicos, in ipso mallo super altario sancti illius, in proximo mallo quem ipse Comes ibidem tenebit, hoc conjurare debeat quod avus suus ille quondam, nec genitor suus ille quondam, coloni sancti illius de monasterio illo de villa illa nunquam fuissent, nec ipsa colonio de capitulo suum ad ipsa causa Dei non redebeat. Et si hoc in eo placito, sicut superius insertum est, conjurare potuerit, de hac causa duxta & secura residet. Sin autem non potuerit, ad ipsa causa Dei se recognoscere faciat. Datum ibi.

*Notitia de servo quem colonus comparav.*

VI. Notitia qualiter vel quibus præsentibus veniens magnificus vir ille die illa in illa civitate in mallo publico ante inlustre viro illo Comite & ante apostolico viro illo, vel præsentibus quampluribus viris venerabilibus Rachimburgis qui ibidem ad universorum causas audiendum vel recta in Dei nomine judicia terminandum residebant vel adstabant, quorum nomina subter tenentur adnexa, homine aliquo nomine illo interpellabat, dixit eō quod servus ad colono suo nomine illo de capitulo suum aderat, & venditionem habebat quomodo ipse colonus ipsum comparaverat, & ipsam venditionem ibidem ostendebat ad relegendum. Relecta epistola, sic ipsi viri ipsum interrogaverunt, si aliquid contra ipsa charta dicere volebat, vel si eam agnoscebat, an non. Sed ipse servus ipsa charta vera & legitima recognovit. Sic ipsi viri tale decreverunt iudi-

E e ij

## Appendix

cio, ut ipse ille ipsum ad servitium recipere deberet, quod ita & fecit, & per manu illius Vicarij per iussionem inlustre viro illo Comite & per judicium ad ipsas personas praesentaliter recepit. His praentibus. Datum ibi, sub die illo.

*Notitia de terra evindicata.*

VII. Notitia qualiter vel quibus praestibus veniens venerabilis vir ille Abbas de monasterio illo, die illo, in illo loco, ante inlustribus viris magnificis illis & illis Missis Domino & glorioissimo illo Rege, vel aliis quampluris qui subter firmaverunt, quorum nomina subter tenentur inserta, homine aliquo nomine illo interpellabat, reperebat ei, eò quòd illa terra quam apud hominem illo concambiavit, qui est in pago illo, in grafia illa, in loco qui vocatur ille, post se malo ordine retineret injuste. & ipse homo in praesente adstebat, & hanc causam nullatenus potuit denegare, nec tradere rationes per quas ipsam terram habere debeat. Sic ipsi homini fuit judicatum, ut ipsam terram ante ipsos Missos dominicos secundum suam legem ipsi venerabili viro illo Abbatu reddere vel revellire deberet. quod ita in praesente & fecit. Propterea jubemus ut dum hanc causam sic aciam vel perpetratam esse cognovimus, ut ipsa terra ipse Abbas habeat evindicata atque elidiata, sit postmodum ex hac re omnię tempore sublata cauatio. Datum ibi sub die illo, anno illo, regnante Domino nostro illo glorioissimo Rege.

*Ingenitas.*

VIII. Quoniam sanctissimi Hludouici Imperatoris pietas, quam habet in Deum, ea querere & indagare non cessat quae Domini potissimum congruant voluntati, quibus quoque religionis honor & devotionis magis ac magis de die in dies crescat atque proficiat, & ea quae ad divinum cultum & officium sanctorum pertinent, decoris & honestatis amplius in diebus ejus quam prius habuerint accipiant, & cunctis in futurum temporibus quae secundum Deum ab eodem inventa procurataque sunt proficiant, & perenni stabilitate a successoribus ejus & fidelibus sancte Dei Ecclesie inviolabilitate in perpetuum conserventur, memor semper quod dicitur, *Misericordia & veritas custodiunt Regem, & iustitia firmatur thronus ejus,* adeo ut verissime & propemodum specialiter de eo dictum videatur, *Beata terra cuius Rex sapiens est;* cui etiam illud non

*Prov. 10.*

*Eccles. 10.*  
*Sap. 6.*

## 440

inconvenienter potest aptari quod Dominus de David perhibuit dicens: *Inveni Ag. 1.* *David secundum cor meum, qui facias omnes voluntates meas.* Hujusmodi itaque studii Rex iste sapiens & beatus indefinenter intentus, & Domini semper adhærens voluntati, cupiens, ut præmissum est, divinum officium modis omnibus honestare, & eos qui Domino Deo sacrificium super altare sanctum offerre debent, & corpus & sanguinem dominicum precum mediatione consecrare, honori habere, & ampliore gratia circumdare, statuit ut Epis. *Capitale copi & Abbates & quicunque ecclesiastis an. 816.c.6.* possessionibus jure prelati sunt, si aliquos ex familia ad presbyteratus ordinem promovere velint, prius eos, permisso iplius, libertate donent, & sic tandem ad sacerdotij gradum dignissimè subvehant. Igitur ego ille minimus servorum Dei famulus Ecclesie Senonicae Archiepiscopus tanta serenissimi Hludouici Augusti auctoritate, quae Senonis in arcib' Ecclesie episcopij servatur, fultus per hunc libellum manumissionis te fratrem nostrum, quem servilis conditio haec tenus addictum tenuit inter hujus Ecclesiae familiam, quia fratribus testimonio, inter quos enutritus es, dignus ad sacerdotalem honorem sufficiendum praedicaris, censeo te atque statuto ante facri altaris cornu in prospectu sacerdotum & cleri & populi adstantis a praesenti die & deinceps ab omni jugo servitutis humanae absolutum fore civitatem Romanum appellari, ita ut nulli hominum pro servi conditione quicquam debeat servitij nec obsequij neque etiam libertinitatis munus impendere, non mihi, nec successoribus, aut actoribus, quicunque præfuerint huic Ecclesie, non judicaria prædictis potestate; sed soli Deo licentiam & facultatem habeas liberè famulandi, diisque tuos vitamque ipsi dicandi; ut in ipsis Ecclesie proficias ad honorem & profectum plebis prelio sanguine Christi redempti; quatenus hanc pro modulo tuo monitis instruas, orationibus juves, exemplis informes, corporis & sanguinis dominici consecratione, propter cuius honorem hanc confecutus es dignitatem, proficias; ut sicut ab humana servitute liberatus per hanc manumissionem esse cognoveris, ita per divinam doceas diabolice dominationis jugum evadere plebem quæ tibi a proprio Pontifice fuerit commissa. His quoque subiecte placuit, canoniciis admoniti constitutionibus, ut si qua dein-

ceps prædia vel mancipia tui nominis titulo comparaveris, hoc observare studeas quod in eisdem decretum esse cognoscitur. Et si forte, quod absit, à tuo proposito exorbitaveris, presbyteratus gradum canonico iudicio amittere cogaris. Hanc ingenitatem manu propria subscripti, & qui subscriberent rogavi. Actum. & reliqua.

*Mandatum.*

I X. Legibus institutum est & consuetudine per tempora conservatum ut quiunque advocatum instruere velit, mandato legaliter dato atque solenniter confirmato eum instruere debeat, ut omnes causas suas adgredi vel repellere debet, prosequi & defendere inoffensè valeat. Igitur ego ille sanctæ illæ Ecclesiæ vocatus Episcopus injungo, mando, & per has litteras defego tibi illo fideli meo de rebus sancti illius, sitis in pago illo, in locis nuncupatis sic, cum adjacentis vel aspicientibus ad eas locis alii per omni jure investigare, inquirere, prosequi, & admallare debetas per mallos, vicos, castella, oppida, & civitates, necnon etiam, si necessitas incubuerit, in palatio ante Vicarios, Comites, Missos dominicos, Comites palati, sive ante omnes judices quibus hoc officium delegatum est ut caulationes & lites definire & terminare justè & rationabiliter debeant; & quicquid legibus cum iustitia inde profectus fueris & definiteris, scito apud me ratum & acceptum atque inconclusum manfurum. Quod mandatum in te conlatum ut firmum fixumque permaneat, manu propria subter firmavi, & qui adfirmare deberent rogavi.

*Tracturia pro itinere peragendo.*

X. Dominis sanctis & apostolicis sedibus allocatis Episcopis, Abbatibus, vel Abbatissis, & omnibus in Christo patribus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, & Decanis, vel omnibus in Christo creditibus & Deum timentibus, ego in Dei nomine ille, ac si indignus peccator, ultimus omnium servorum Dei servus, Episcopus videlicet sive Abbas de civitate illa vel de monasterio illo, ubi pretiosissime martyris sive confessor Christi humanitus in corpore requiescit, salutem vobis perennem in Domino destinare curavimus. Cognoscatis siquidem, Domini & sancti patres, seu & sorores in Christo, quia innotescimus vobis eò quod peregrinus iste, nomen ille, ex genere illo, ad nos venit, & nobis innotuit atque confi-

lium quæsivit de hoc videlicet factò quod infigante adverario, peccatis facientibus, proprio filio suo vel fratre suo sive nepote nomine illo interfecit, & nos pro hac causa secundum consuetudinem vel canoniam institutionem dijudicavimus ut in lege peregrinorum ipse praefatus vir annis tot in peregrinatione ambulare deberet. Propterea cognoscatis, sanctissimi patres, has litteras, ut quando ad sanctitatem vestram venerit, melius ei creditis, & quod nullatenus pro alia causa ambulare dinoecscitur nisi, sicut superius diximus, pro peccatis suis redimendis, ut vos eum nullo modo teneatis; nisi tantum, quando ad vos venerit, mansionem ei & focum, panem & aquam largire dignemini; & postea sine detentione leceat ei ad loca sanctorum festinare. Sic exinde agite pro amore Dei & reverentia sancti Petri, sanctissimi patres, ut vobis pius Dominus in illa beata seu immortali vita remunerare dignetur, quia in ipso peregrino Christum pavistis seu suscepistis, confiderantes videbile quod ipse Dominus dixit: *Hospes sui, Matth. 11.*  
*& suscepisti me. Et: Quod uni ex minimis Ibid. 18.*  
*ipsi fecisti, mihi fecisti. Quid plura?* Ad sapientes sufficit semel loqui. Commendamus nos obnoxie in vestris sacris precibus, ut nostri meminisse dignemini. Valete in Christo feliciter, sanctissimi patres, ut ad eternam angelorum digni habeamini mansionem \* perpetuam. Facta hæc epistola \*pervenire. sub die illo.

*Cessio ad Ecclesiam à novo ædificatam.*

XI. Regnante domino Iesu Christo in perpetuum, ego ille Episcopus. Omnibus non habetur incognitum qualiter ego auxiliante domino in pago, in villa cuius vocabulo est ibi, basilicam sancte..... atque sancti Stephani, vel in honore ceterorum sanctorum quorum ibidem reliquia quiescent, confixi atque Kalendas Ianuæ dedicare certavi, consentientibus etiam confratribus, tam Canonicis quam & monachis, vel ceteris hominibus qui ad præsentes fuerunt, ut villa quarum vocabula sunt Cadiliaco, Tanculfovilla, Fagido, & Barbitione villare, ut ibidem aspicere deberent, ad Missas veniendi & ad baptismum vel predicationem, & ut decimas suas ad memoriam basilicam dare deberent. Propterea pro firmatis studium hanc confessionem scribere rogavimus ut temporibus nostris atque successoribus nostris hæc nostra confessio firma & stabilis valeat permanere, & sciant omnes tam

E c. iij

praesentes quam & absentes seu successores nostri quia dedimus in memoratum illum Cadiliaco duos mansos ad ipsam lumnariam providendam vel unde Presbyter qui ibidem officium fungere videtur vivere debeat. Et addimus ad hoc infusper de terra arable . . . . & de vinea aripenne uno & dimidio, ut aeo tempore in elemosinam nostram seu successorum nostrorum ita valeat perdurare. Actum fuit hoc sub die memorato KL. Junij in anno VIII.

¶ XLIIII.

Christo proprio imperij Domini Karoli serenissimi Augusti, & anno \* regni ejus in Francia, atque XXXV. in Italia, Indictione prima, in Dei nomine feliciter. Amen. His praefentibus qui adfuerunt, illic his praefentibus.

*Littere commendatitiae.*

XII. Sancto & Deo amabili Magnoni dono Dei Archiepiscopo ex Senonica urbe. Ego enim in Dei nomine Ebroinus domum Dei Archiepiscopus ex Bitonige urbe in Domino Iesu salutes optamus vobis in perpetuum. De cetero notum facimus sanctitatem vestram quia iste praefens Presbyter, nomen Dodobertus, parochianus noster, in nostra dioecese natus, & sacris litteris edocatus sit, ad ordinem sacram eum promovere jussimus. Postea vero petitivit nobis licentiam ut in vestra parochia apud hominem aliquem nomen Hercambaldum manere voluisse. Nos vero petitionem illius non denegavimus, nisi licentiam illi dedimus, quia scimus quod de bene liberis hominibus ortus sit. Vnde has litteras commendatitiae more ecclesiastico factas ad sanctitatem vestram misimus, ut scire valeat Deo digna caritas vestra eum nec fuga lapsum, nec sua malitia a nobis ejectum, sed nostra voluntate destinatum. Et ut certius credatis, Graeca elementa que octogenarium quadringentimum & primum numerum exprimum in primitus adnexuimus. ¶ Petri quoque nomine primam litteram sumptam in medium adscribere rogarimus. Nihilominus etiam parvitatis nostra nomine primam litteram E. magnitudinis vestra secundam litteram A. istius fratris nomine tertiam litteram Δ. civitatis nostra quartam Ω. & Indictionem quartam adjunximus. Addidimus nonagenarium & nonum numerum, id est φ. & θ. & insequenter impressione sigilli nostri subter confirmavimus, & manu propria eam roboravimus, & Clericis nostris roborari jussimus. Actum in anno decimo imperij Domini nostri

ill. & anno XLI. regni ejus in Dei nomine feliciter. Amen.

In nomine II & Y & A. Reverentissimo sancto & Deo amabili illi Archiepiscopo Senonica urbis. Ego enim in Dei nomine ille Cinomanice civitatis Episcopus in Domino Iesu Christo opto vobis salutem in perpetuum. De cetero notum facimus sanctitatem vestram quia iste praefens Presbyter &c. que ad verbum eadem sunt cum supra, id est hic repetita nolumus.

In Dei nomine, Sanctissimo ac reverentissimo fratri illo Episcopo ille illius urbis Episcopus in Domino sempiternam salutem. Cognoscat fraternitas seu caritas vestra quia iste praefens Presbyter nomine ille in parrochia & in Ecclesia nostra sacris litteris edocatus fuit, & ab infantia fuit apud nos seu praedeceßores nostros bonum habens testimonium, bonaque continentiam & innocentem vitam deducens. Vnde placuit illi modò ut ad aliam Ecclesiam se converteret, volens sibi querere seniorem qui se de rebus temporalibus adjuvet, & cui ille secundum ministerium quod sibi injunctum est obsequium prebeat. Vnde vestram fraternitatem compertam facimus ut cuiuscunq; placuerit cum suscipere, absque ulla ambiguitate hoc faciat, sciens illum & boni esse testimonij & à nobis sibi ab Ecclesia, quæ nobis ad regendum concessa est, migrandi licentiam accepisse. Et ut haec litteræ firniorem obtineant dignitatem, meliusque eis fides adhibeatur, manu nostra eas subliteras.

*Ingenuitas.*

XIII. Dum omnipotens Deus nobis concedit in hoc seculo sanum corpus habere, oportet nobis pro salute animæ nostra frequentius cogitare debere ut aliquantulum de peccatis nostris minuare mereamur. Itaque ego ille in Dei nomine pro animæ meæ remedium, vel pro meis peccatis minuendis, ut in futurum Dominum veniam mihi praefare dignetur, servum juris mei nomine illum relaxavi ingenium; ea vero ratione ut à die presente sit bene ingenuus, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset procreatus vel natus. Peculiare vero si aliquid habet, aut in ante Christo proprio laborare potuerit, cefsum habeat. Et nulli heredum ac proheredum meorum nullum impendat servitium nec libertatis, nisi soli Deo, cui omnia subiecta sunt. Testamentum etiam faciendo, defensionem vel mundeburdem

Ecclesiarum aut bonorum hominum, ubi cunque se eligere voluerit licentiam habeat ad conquirendum. Si quis verò quod nec fieri ..... si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quislibet ulla opposita persona, qua contra hanc ingenuitatem ista, quam ego plenissima voluntate mea pro amore Domini nostri Iesu Christi & pro mei peccatis fieri & affirmare rogavi, venire conaverit, inferat tibi una cum socio fisco auruncias tantas esse multando, & præsens ingenuitas omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixa. Actum illo.

*Venditio.*

XIV. Domino fratri illo ille. Ratio & consuetudo exposita ut inter emptorem & venditorem scripture confirmat, ita ut nec distrahendi, sed ulla repetitio, nec comparandi qualibet videtur esse formido. Idecirco nulli cogentis imperium, nec à judicaria potestate coactus, sed mea propria & spontanea voluntate & arbitrium, accepto vero pretio, confat me vendidisse vel tradidisse, & ita vendidi, vel de præsente tradidi, hoc sunt res proprietas mea in pago illo, qua dicuntur illæ, id est, tam mansis, domibus, aedificiis, totum & ad integrum re inexquisita. Et accepi à te premium pro hoc quod mihi bene complacuit, hoc est, tam in argento quam in actum valentes solidostantos tantum. Et superscriptas res per hanc venditionem publicè tibi à die præsente tradi ad possidendum, ut quicquid exinde à die præsente facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis verò, quod futurum esse non credo, si ego ipse aut ullus de meis heredibus, vel quislibet ulla opposita persona, qui contra venditionem istam venire conaverit, & à me vel heredibus meis non fuerit defensatum, tunc inferat tibi, unà cum socio fisco, duplum tantum quantum à te accepi, vel quantum ipsas res immelioratas valuerint in duplum esse reddendum, & præsens venditio omni tempore firma permaneat.

*Cautio.*

XV. Domino fratri illo ille. Ad petitionem meam mihi non denegasti nisi ut in summa necessitate mea argento vel acto tuo valente solidos tantos in manu mea ad præstitum beneficium mihi præstisti. Et ego pro hoc talem cautionem in te fieri & affirmare rogavi ut usque ad annos tantos in unaquaque hebdomada

dies tantos opera tua, qualia mihi injunxeris, & ratio præstat, facere debeam. Quod si minimè fecero, aut neglegens aut tardus exinde apparuero, aut ante ipso placito me immutare præsumpero, tunc ipondeo me per hujus vinculum cautionis, ubi & ubi me invenire potueris, sine ullo judicio interpellationis pro dupli satisfactione me retineas debitorem. Et quomo- do ipsi anni transacti fuerint, debito tuo tibi reddito, cautionem meam per manus recipiam, stipulatione subnexa. & reliqua.

*Obnoxiation.*

XVI. Domino fratri illo ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter mihi gravis necessitas & natas pessimas mihi oppresserunt, & minimè habeo unde vivere vel vestiri debeam. Propterea ad petitionem meam mihi non denegasti nisi ut in summa necessitate mea argentum vel acto tuo valente solidos tot in manu mea mihi dedisti, & ego minimè habeo unde ipsos solidos tuos tibi reddere debeam. Propterea obnoxiationem de capud ingenuitatis meæ in te fieri & affirmare rogavi; ut quicquid de mancipia tua originalia vestra facitis, tam vendendi, commutandi, & disciplinam imponendi, ita & de me ab hodierno die liberam & firmissimam in omnibus potestatem faciendi habeas. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quislibet opposita persona, qui contra hanc obnoxiationem istam venire conaverit, inferat tibi unà cum socio fisco auruncias tantas esse multando, & præsens obnoxiatione firma permaneat, cum stipulatione subnixa. Actum illo.

*Commutationes de terris.*

XVII. Inter quos caritas inlibata permanerit, pars pari suo opportuna & congrua beneficia non denegabit. Ideoque auxiliante Domino nostro placuit atque convenit inter illum & illum de commutandis terris eorum, ut pro communi opportunitate inter se commutare deberent. quod ita & fecerunt. Dedit itaque ille de parte sua ad partem ipsius illius terram proprietatis suæ in pago illo, in loco qui dicitur ille. Habet in longo dextros tantos, & in lato dextros tantos. Subiungit de uno latus terra lui, de uno fronte terra illius, ex alio verò fronte terra illius infra ipsa terminatione & mensura ad integrum. È contraria ad vicem dedit ille de parte sua ad parte ipsius lui terram proprietatis suæ

in pago illo, in loco qui dicitur ille. Habet in longo dextros tantos, & in lato dextros tantos. Subjungit de uno latus terra lui, de alio latus terra illius infra ipsa terminatione & mensura ad integrum. Ita ut ab hodierno die uniusquisque contra pare suo quod accepit habeat, teneat, atque possideat, vel quicquid exinde a die praesente facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Si qui verò, quod nec fieri credo, si ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, vel quislibet ulla opposita persona qui contra hanc commutationem pars contra pare suo venire conaverit, inferat pars pari suo ista tota servante, unā cum socio fisco, auri uncias tantas esse multandum, & praesentes commutations duo uno tenore conscriptas omni tempore firmas & inviolatas permaneant.

*Charta agnationis.*

XVIII. Femina illa, ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter te per voluntatem tuam servus juris mei nomine ille ad conjugium sociavit uxorem, unde vel procreationem tuam in servitio inclinare potueram. Sed mihi præputuit voluntas plenissima ut talem epistolam donationis in te fieri & affirmare rogarem, ut si aliquis procreationes filiorum aus filiarum ex te nate vel procreata fuerint, sub integra ingenuitate cum omni peculiare eorum valcent Christo proprio permanere, & quicquid laborare potuerint cestum habeant, & nulli heredum ac proheredum meorum nullum impendant servitium nec hominum vel patronatus obsequium, nisi soli Deo, cui omnia subiecta sunt. Testamentum etiam faciendi, defensionem verò vel mundeburdem Ecclesiarum aut bonorum hominum, ubincunque eligere voluerit, licentiam habeat ad conquirendum. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse, aut ullus de heredibus meis, vel quislibet ulla opposita persona, qui contra hanc epistolam agnationis venire conaverit, inferat ei cui litem intulerit ista tota servante, unā cum socio fisco, auri uncias tantas esse multandum, & praefens agnatio omni tempore firma permaneat.

*Traditoria de terra.*

XIX. Veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, ante bonos homines qui subter firmaverunt, terram illam, id est, tam mansis &c. totum & ad integrum, quam ante

hos dies hominem aliquo nomine ille per venditionis titulum accepto vero pretio viuis fuit vendidisse; sed ante ipsum bonos homines ad integrum, ut quicquid prædicta venditione ei vendidit, per manus partibus ipsius lui vel herbam vel terram viuis fuit tradidisse, & per suam fistucam contra ipsum illum exinde exitum fecit, ut quicquid ipse ille de ipsa terra a die praesente facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. & cetera.

*Traditoria de venditione.*

X X. Notitia qualiter & quibus praesentibus veniens homo aliquis nomine ille missus inlustris viri illius super fluvio illo, in loco quod dicitur ille, ad illo manso vel illa terra quam ille homo hominibus illis ante hos dies ad casa sancti illius pagensis per chartam cessionis partibus ipsius illius per illud ostium vel anaticula de ipsa casa per herba vel terra de ipso manso, vel quicquid ad ipso manso alpicit, sicut in ipsa cessione est insertum, ad partem ipsius Ecclesie viuis fuit tradidisse vel consignasse. Id sunt quibus praesentibus.

*Notitia de servo.*

X X I. Notitia qualiter & quibus praesentibus veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, seu in mercato, vel in quoconque loco, ante bonis hominibus qui subter firmaverunt, dato suo pretio ad hominem negotiantem solidos tantos, servum suum nomine illum viuis est comparasse. Et ipse negotians ipsum servum superius nominatum per manus partibus ipsius lui viuis est tradidisse, non fraude, sed in publico; ut quicquid exinde a die praesente facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Id sunt.

*Notitia de jaclivis.*

X X I I. Notitia qualiter & quibus praesentibus veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, in mallo publico, ante viro illo Comite vel reliquis quampluris bonis hominibus qui subter firmaverunt, repetebat ei, dum diceret eō quod homine aliquo nomine illo ante ipsum Comitem aframitum habuisset, à quo placitum venit ipse, ille placito suo custodiebat, & nec ipse ille ad eum placitum venit, nec misso in vicem suam direxit qui ulla sonia nuntiasset, & placito suo neglexit, & jaclivus exinde remansit. Id sunt quibus praesentibus fuerunt.

*Securitas.*

*Securitas.*

**XXIII.** Non minima sed maxima vertitur discordia inter illos & illos. Venientes ante illo & illo, repetivit ipse ille adversus ipsius lui, eò quod genitore suo aut germano suo illo malo ordine interfecisset. Interrogatum fuit ab ipsis viris ipsi lui si haec causa ita acta vel perpetrata fuisset aut non, id ipse in praesente dicere deberet. Sed cum ipse ille hanc causam minimè potuit denegare, sic ab ipsis viris fuit judicatum, ut illa leode, ut lex erat, desolvere deberet, quod ita in praesente & fecit. Et ego hanc securitatem in ipso illo fieri & affirmare rogavi ut nullo unquam tempore de jam dicta morte nec de ipsa leode nec ego ipse nec ullus de heredibus meis nec quilibet ulla calumnias nec repetitiones agere nec repeterem non debeamus. Quod qui attentaverimus, nullum obtineat effectum, & insuper inferamus tibi, una cum socio fisco, auri uncias tantas esse multando, & praesens securitas omni tempore firma permaneat.

*Charia denarialis ante Regem.*

**XXIV.** Ille Rex Francorum vir inluster. Et quia ille venient ante nos vel procerum nostrorum praesentia jaectante denario secundum legem Salica servo suo nomen ille dimisit ingenuo, ejus quoque absolutionem per praesente auctoritate firmamus. Praecipientes enim ut sicut enim & reliqua mansuaria qui per tale titulum in praesentia Principum noscuntur esse relaxati ingenui, ita & admodum memoratus ille per nostro praecerto plenius in Dei nomen confirmatum perennis temporibus cum Dei & nostra gratia valeat Christo propria permanere bene ingenui atque lecurus.

*Mandatum.*

**XXV.** Domino magnifico fratri illi, ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter me senectus adgravat & infirmitas domat, & causas meas minimè valeo prosequere vel admallare. Propterea precor & supplico caritati tuae ut in vicem meam omnes causas meas, tam in pago, quam & in palatio, vel in quibuscunque pagis vel territoriis ubicunque mihi oportet, apud quemlibet hominem, tam ad malandum quam ad responsum dandum prosequere facias. Et quicquid exinde egeris geserisive, apud me in omnibus & ex omnibus ratum & aptum atque transactum in omnibus definitum esse cognoscas: quia amo te plus quam me, plus te quam here-

Tom. II.

des meos. Et ut hoc mandatum post te finius retineas, & taliter obtineat firmatatem quasi gestis suis et alligatum, manu propria subter decrevi affirmare, & qui subscripterunt in praesente rogavi.

*Cessio ad Ecclesiam.*

**XVI.** Dominæ sanctæ ac reverentissime Ecclesie sanctillius, quæ est constructa in pago illo, in loco qui dicitur ille, ego in Dei nomine ille, pro meis peccatis minuendis, ut in futurum Dominus veniam mihi præstare dignetur, cedo ad luminare vel sacrificio ad ipsa casa Dei vel ipso domo Dei condigendo, cessumque in perpetuum esse volo, & de jure meo in jure & dominatione ipsius Ecclesiae transcribo atque transundo, hoc est, res proprietas mea in pago illo, in loco quod dicitur illo, in jamiæ loca, id est, tam mansis, dominibus, ædificiis, totum & ad integrum re inexquisita, ita ut ab hodierno die ipsa casa Dei ad altare Domini proferendo, vel ad ipso domo Dei condigendo, ipsas res habere debeat. Et si mihi placut inferendum ut nullus Pontifex aut quilibet rector, si de ipsa casa Dei, de ipso luminare vel sacrificio ipsas res abstrahere conaverit, au in beneficium dare præfumperit, tunc ipsas res ad me vel heredibus meis perveniant. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quilibet opposita persona, qui contra hanc cessionem istam, quam ego plenissima voluntate mea pro amore Domini nostri Iesu Christi fieri & affirmare rogavi, venire conaverit, inferrat tibi ista tota servante, una cum socio fisco, auri uncias tantas esse multando, & praesens cesso omni tempore firma permaneat.

*Precaria.*

**XXVII.** Dominæ sanctæ ac reverentissime Ecclesie pagensi, his nominibus, quæ est constructa in pago illo, in loco quod dicitur ille, ego in Dei nomine ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter res proprietatis meæ in pago illo, in loco cui voculum sunt illas & illas, in jam dicta loca, id est, tam mansis, omnia & ex omnia per mea cessione ad lumen vel sacrificium ad ipsa casa Dei à die praesente delegavi, postea ad petitionem meam mihi non denegasti, nisi ut ipsas res, quan- diu advivo, mihi ad usandum vel condigendum præstare deberetis. quod ita & fecisti, sic taliter ut tempore vita meæ ipsas res habere & usare vel condigere

Ff

debeam, & post meum quoque discessum, cum omni re immeliorata, agentes ipsius Ecclesiae absque exspectata traditione in eorum revocent dominatione vel potestate. Propterea talem precariam ad ipsa casa Dei fieri & adfirmare rogavi ut ipsas res nec vendere nec donare nec commutare, nec per nullis modis nullisque ingenii de ipsa casa Dei abstrahere nec minuare pontificium non habeam, nec mea posseficio nullo prajudicio vobis nec ad ipsa casa Dei agere nec generare non debeam nec ego ipse, nec ullus de heredibus meis, nec quilibet opposita persona. Quod si attenaverimus, nullum obtineat effectum, & insuper inferamus partibus ipsius Ecclesiae vel suis rectoribus, una cum socio fisco, auri uncias tantas esse multando, & alias precarias per quinquennium fuerint renovatas, ita per se obtineat firmitatem.

*Prefatoria ad Ecclesiam.*

X X V I I I . In Christo filio illo, in Dei nomine ille donum Dei rector qui est custos Ecclesiae illius, que est constructa in pago illo, in loco quod dicitur ille. Omnibus non habetur incognitus qualiter tu res proprietas tua tam infra civitatem quam & aforis in ipso pago, in loco cuius vocabulum sunt illas & illas, in jam dicta loca omnem rem tuam per tua cessione ad ipsa casa Dei vel ipso domo Dei à die presente delegasti. Postea ad petitionem tuam non denegavimus, nisi ut ipsas res ad praestitum beneficium tibi prestare debemus. Quod ita & fecimus, sic taliter ut tempore vitae tuae ipsas res per nostro beneficio habere vel condigere sive usare debebas, & annis singulis in festivitate sancto illo censo ad lumen vel sacrificium solidos tantos per temeritatem solvere facias; & nec nos ipse nec nullus de successoribus nostris, nec quilibet de parte nostra, ipsas res tempore vitae tue tibi abstrahere nec minuare non debeamus. Et ut has litteras firmius post te firmiores retineas, manu propria subter decrevimus adfirmare.

*Notitia de homine forbatu.*

X X I X . Notitia qualiter & quibus praestitibus veniens homo aliquis, nomine ille, in pago illo, in loco quod dicitur ille, in mallo publico, ante ipso Comite illo vel alius bonus hominibus qui subter firmaverunt, posita manu sua super sacro-sancto alterio sancto illo sic juratus dixit: Hic juro per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancti illius quod homo

aliquis nomine ille, ita factus, apud arma sua super me venit, & colpus super me misit, & sic mihi Deus directum dedit, ego ipso die arma mea percussi, & talis colpus ei dedi pro quid ipse mortuus est; & quod feci super me feci; & ego hodie ipso facio infra damno & forbatudo infra noctes x l i . sicut lex est & nostra consuetudo, apud tres aloarius, & duodecim conludantes juraverunt, & de linguis eorum legibus dixerunt. Id sunt qui præsen-

*Indiculus regalis.*

X X X . Ille Rex Francorum vir influenter magnifico fratri illi Comiti. Cognoscas quia iste præfens ille ab hac missa petitione nobis suggestis eò quod homo aliquis nomine ille res suas in vestro ministerio ad sancto illo delegasset, & dicit quod ille vel alij homines ipsas res contendunt malo ordine. Propterea omnino tibi rogamus ut, si veritas est, integrum iustitiam sine ultra moratione ei facias exinde. Et si antea minimè definitum non fuerit, tunc ipsos homines qui hoc contendunt malo ordine, per fidejussiones positos, super noctes tantas postquam has litteras recipies, ante nos facias advenire. Taliter agas, si gratiam nostram velis habere.

*Item aliud indiculus.*

X X X I . Ille Rex Francorum vir influenter illo Comiti, seu junioribus atque successoribus vestris, seu Missis nostris dicurrentibus. Cognoscatis quia in nostra eleemosyna taliter isto præfente illo, dum & ipse fenus esse videtur, taliter ei concessimus, ut de omnibus hostes vel omnibus bannis seu & arribannis sit conservatus, ut neque vos neque juniores atque successores vestri ipso pro hoc inquietare nec dismanuare non præsumatis, nec facere dimittatis; sed licet ei cum Dei & nostra gratia quieto ordine ad propria vivere vel sedere. Et ut certius credatis, manu nostra subter adfirmavimus, & anulo nostro sigillavimus.

*Notitia de colonio.*

X X X I I . Notitia qualiter vel quibus praestitibus veniens homo aliquis nomine illo in pago illo, in mallo publico, ante viro illo Comite vel reliquis quamplurim bonis hominibus qui subter firmaverunt, homine aliquo nomine illo ibidem interpellabat, repetebat ei eò quod genitor suus aut genetrix sua illa coloni finis essent, & ipse ille suus colonus esse debebat, & malo ordine de ipso colonatico se abstrahebat & neglegens erat. Interrogatum

fuit ab ipsis viris ipsius, si ipse ille colonus ipsius lui esse debebat, an non, in praesente ei dicere deberet. Et ipse ille nullatenus potuit dicere nec adponere, nec nullam ratione tradere per quid ipse de ipso colonatico se abstrahere potuerit; & in praesente pro colono ipsius lue se redidit vel recognovit. Sic ab ipsis viris fuit judicatum, ut ipse ille ipso illo pro colono habere debeat. Et sic jam dictus Comes ipso illo per manus partibus lue viuis est reddidisse. His praesentibus.

*Notitia sacramentalis.*

XXXIII. Notitia qualiter & quibus praefribus veniens homo aliqui nomine ille in pago illo, in basilica sancto illo, ubi plurima sacramenta percurrere videntur, ante viro magnifico illo vel reliquis quampluris bonis hominibus qui subter firmaverunt, posita manu sua super sacrofancio altario sancto illo, sic juratus dixit: Hic juro per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo, unde me ille homo in mallo publico mallabat, quod ego terra fui aut ad conjugem sua illa, in pago illo, in loco quo dicitur ille, de eorum potestate per fortia nunquam proprias pervasi, sed de ista parte triginta & uno anno ferè amplius..... semper exinde fui vestitus, & post me divisi, & per legem & justitiam plus obtineat me ad habere quam ipsis lue aut conjugem sua reddere, & ad quod mihi judicatum fuit in nullo non redebo, nisi isto & unico sacramento, per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo. Infrequenter vero post ipso tres aloarij & duodecim conludentes juraverunt, & de linguis eorum legibus dixerunt. Id sunt. & reliqua.

*Notitia de herbas maleficas.*

XXXIV. Notitia qualiter vel quibus praefribus veniens femina aliqua nomine illa in pago illo, in mallo publico, in basilica sancto illo, ante illos & illos & alios quamplures bonis hominibus qui subter firmaverunt, posita manu sua super sacrofancio altare sancto illo, sic jurata dixit: Hic juro per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo, unde me ille ante viro magnifico illo vel alii bonis hominibus mallavit quod ego herbas maleficas temporalem, vel bibere ei dedissem, per quid ipse infirmasset aut vitam suam perdere debuisset, ego herbas maleficas nec potionies malas nunquam temporavi, nec bibere dedi, per quid ipse infirmus vel insanus fuisset aut vitam suam perde-

Tom. II.

re debuisset, & aliud de ista causa in nullum non redebo nisi isto unico & idoneo sacramento per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo. Infrequenter vero post ipsam tanta juraverunt, & de linguis eorum legibus dixerunt. Id sunt.

*Cessio.*

XXXV. Dulcissimo atque in omnibus amantisimo filio meo illo ille. Ammonuit mihi amor & dulcedo tua, & ex alia parte tu cotidie mihi non cessas deferire, & in bono impendas effectum. Propterea mihi præpatuit plenissima voluntas ut aliquid de heredibus propriis meis extra consortium germanus tuus tibi concedere deberem, quod ita & feci. Propterea cedo tibi post meum quoque discessum de hac luce, à die praesente, cessumque in perpetuum esse volo, & de jure meo in jure & dominatione tua transferbo atque transfundeo, hoc est, servo juris mei nomine illo, vel aliam rem, terris, vel quacunque domum, ita ut ab hodiernum diem habeas, teneas, atque possideas, vel quicquid à die praesente facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quislibet ulla opposita persona, qui contraria hanc cessionem ista venire conaverit, inferat tibi una cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & praesens cessio omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixa. Actum illo.

*Evacuatoria.*

XXXVI. Fratri illo ille. Omnibus non habetur incognitum quia ego ad petitionem tuam solidos tantos ad praestitum beneficium in manu tua tibi praefiti, & tu pro hoc talen epistulam cautionis in me adfirmasti ut usque annos tantos in unaquaque hebdomada dics tantos opera mea facere deberes, quod ita & fecisti, [ \* ad placito ipso debito meo mihi reddere deberes, quod ita & fecisti ] & ego ipsam cautionem minimè invenire possum. Propterea talem epistolam evacuatoriam in te fieri & adfirmare rogavi, ut si ipsa cautio ullo unquam tempore inventa aut reperta fuerit, nullum obtineat effectum, evaucaturia inanis permaneat, & nec ego ipse, nec ullus de heredibus meis, vel quislibet de parte mea ipso debito superius nominato neque in ipsa cautione, nec per nullis modis nullo unquam tempore tibi ex hoc nullas calumnias nec repetitiones agere nec repetere non debeamus. Quod si at-

\* Hac ad-  
dita sunt in  
margine in  
codice M.S.

F f ij



## Appendix

tentaverimus, ista tota servante, unā cum socio fisco, auri uncias tantas esse multando, & præsens evacuaturia omni tempore firma permaneat.

*Libellum dotis.*

**XXXVII.** Dum omnipotens Deus concessit jugale confortium & tale permisum dedit ei in omnibus ut uniusquisque cum vira sua nubat juxta consuetudinem anteriorum Christianorum, & item legimus quod ipse Dominus noster cum discipulis suis ad nuptias invitatus fuisset, & cui Deus conjungit, homo non separat; quod bonum, felix, faustumque sit, & reliqua. Donat itaque ille honesta puellæ sponsæ suæ, nomine illa, quam, si Christo placuerit, in conjugium sociare uxorem cupio, donatumque in perpetuum esse volo, & de jure meo in jure & dominatione ipsius puellæ transcribo atque transfundō, hoc est, res proprietatis mea in pago illo, in loco quo dicitur ille, tam manūs, dominib⁹, ædifici⁹, totum & ad integrum re inexquista, seu mācīpias tanta his nominibus illi & ille, seu caballos tantos, boves tantos, vaccas cum vituloso tantos, oves capita tanta, fodis capita tanta, lectarii condignos ad lectos tantas, fabricaturias verò, auro, argento in solidos tantos, ... ostēnſilia verò tam æreis quam ferreis, seu lineis, quicquid in domo rationabiliter contentit. Omnia superius nominata, cùm dies felicissimus nuptialis advenere, dulcissima sponsa mea illa, à die praesente habeas, teneas, atque possideas, vel quicquid exinde à die praesente facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut ullus de heredibus meis, vel quilibet illa opposita persona, qui contra hunc libellum dotis venire conaverit, inferat tibi, unā cum socio fisco, auri uncias tantas esse multando, & præsens libellus dotis firmus permaneat.

*Indiculus regalis.*

**XXXVIII.** Ille Rex Francorum vir inluster. Cùm nos in Dei nomine palatio nostro ad univerforum causas audiendas vel recta judicia terminanda unā cum proceribus nostris resideremus, ibique veniens homo aliquis nomine ille fugeret eō quod apud nostro signaculo homine aliquo nomine illo manito habuisset ut super noctes tantas ante nos debuisset venire in rationes, pro eo quod dixit quod res suas post se malo ordine tenebat injustè.

Ad quod placitum veniens ipse ille per tri-duo seu amplius placitum suum custodivit, & nec ipse ille ad eum placitum venit, nec missum in vicem suam non direxit qui ulla sonia nuntiasset. Proinde nos taliter unā cum fidelibus nostris vel Comite palati nostri ille visi fuimus judicasse ut dum ipse ille per triduo seu amplius placitum suum legitimè custodivit, & nec ipse ille ad eum placitum venit, nec missum in vice sua direxit qui ulla sonia nuntiasset, & placitum suum neglexit, & ieiñus exinde remansit, propterea jubemus ut quicquid lex loci vestri de tale causa debuerit, vobis di-stringentibus ipse ille partibus ipsius lue hominis componat atque emendare studeat.

*Eæqualentia vel pætum.*

**XXXIX.** Auxiliante Domino nostro Iesu Christo, placuit atque convenit inter illo & germano suo illo de alio qui fuit genetore illi, ut inter se æqualentia dividere vel exæquare deberent. quod ita & fecerunt. Accepit igitur ille de parte sua manfo in pago illo, in loco qui dicitur illo, cum omni desuper posito, seu vineis, olicis, campis, totum & ad integrum re inexquista. E contrà ad vicem accepit ille de parte sua manso in pago illo, in loco qui dicitur illo, ubi accola commaneret, id est, tam manūs, vineis, olicis, totum & ad integrum re inexquista, etiam aurum, argentum, drapalia, aramen, peculum, præsidium utriusque sexus, mobile & immobile, inter se æqualentia visi fuerunt divisi&nt;, & pars contra pare suo invicem tradiderunt, & per eorum fistucam pars contra pare suo se exinde exitum fecerunt; ita ut ab hodierno die uniusquisque quod accepit habeat, teneat, atque possideat, vel quicquid exinde facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut aliquis de heredibus nostris vel quilibet opposita persona, qui contra hanc epistolam loco pactionis venire conaverit, inferat pars pare suo cui item intulerit ista tota servante unā cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & præsens epistola pactionis omni tempore firma permaneat.

*Donatio ad casam Dei.*

**XL.** Domino vere sancto ac reverentissimo monasterio illo quod est construtum in honore sanctæ Mariæ semper virginis genetricis Dei & Domini nostri Iesu Christi, vel ceterorum dominorum suo-

rum, quorum reliquiae ibi conditae sunt, & inluster Deo sacra illa Abbatissa una cum norma plurimarum ancillarum Dei ad laudem Christi canendum cultrix praefesse videtur, ego in Dei nomine femina aliqua nomine illa dono ad prefato monasterio à die praesente, donatimque in perpetuum esse volo, & de jure meo in jure & dominatione ipsius monasterij vel suis rectoribus tradò atque transundo ad possidendum, pro eo quod in ipso monasterio sub religione & sancta conversatione habitare debeam, hoc est, res meas in pago illo, in loco nuncupante cuius vocabulum est illo & illo, in grafia illa, super flumen illum, quantumcunque à die praesente in iuncta loca visa sum tenere vel possidere, quod manente coniugio apud jugale meo illo visa sum conquisiſſime, vel in mea portione recepi, vel quantumcunque de filio meo nomen illo de lucuſo hereditate mihi obvenit, sicut dixi, quantumcunque in hac loca à die praesente mea est possessio vel dominatio, totum & ad integrum ad ipsò monasterio à die praesente de jure meo in jure ipsius monasterij & suisque rectoribus tradò atque transundo ad possidendum, hoc est, tam terris, mansis, una cum superpositis, domibus, aedificiis, vineis, silvis, campis, pratibus, pascuis, cultis & incultis, adjacentiisque omnibus, aquis, aquarumque decuribus, una cum mancipia tanta his nominibus illa, sicut dixi, in exquisita portione mea ad integrum publicè tradò atque transundo ad possidendum; ut quicquid ab hac die ipsa Abbatissa vel rectoris ipsius monasteria ad profectum ipsius exinde facere voluerint, liberam & firmissimam in omnibus habent potestatem faciendi. Si quis verò quod.

*Precaria ad casam Dei.*

XLI. Domini viri sancti atque ostensione crucis patibulum mirabilis remuneratione fulgentis basilicæ, que in honore sancta Maria & sancti Petri & sancti Pauli princeps Apostolorum, Gaico monasterio confitudo in pago Wastinense, & inlustri Abbatissa illa inibi constris praefesse videtur, una cum norma plurima ancillarum Dei ibidem consistentium, ego illa femina. Dum non habetur incognitum, sed à pluris est manifestum, quod ego res proprietatis meæ in loco qui dicitur illo per epistolam donationis ad ipsò monasterio vestro delegavi, propterea expetivi à vobis, & petitione mea non denegasti, ut

ipsas res, quandiu advivo, sub uso beneficio vestro tenere & usare debeam, & aliubi ipsas res alienare pontificium non habeam, & post meum quoque discessum, cum re immeliorata ad ipso monasterio absque ulla exspectata traditione vos vel rectores ipsius monasterij in eorum faciant revocare potestatem & dominationem, & vos reverentis discorditis ut in postmodum mea possessio aliqua præjudicio ex hoc generare non debeant. Propterea hanc precariam in vos vel in ipso monasterio vestro emitendo decrevi, ut neque ego neque ullus de heredibus meis, quamvis per longinquā spatia ipsas res ad usandum habeo, agere nec repeterem non debeamus. Quod qui fecerit, inferat vobis vel partibus ipsius monasterij suisque rectoribus auri libra una, argento pondus duo, & praefens precaria firma permaneat, & ut alias precarias de quinquennium in quinquennium renovantur, ista verò non sit necessè renovandi, sed per semetipsum omnię tempore obtineat firmatatem, cum stipulatione subnixa. Actum illo.

*Prestaria.*

XLII. Dulcissima femina illa, ego illa Abbatissa. Dum non est incognitum qualiter tu ante hos dies rem proprietatis tuæ in pago illo, in loco qui dicitur ille, ad monasterio sanctæ Mariæ adfirmasti, unde precaria nobis vel ab ipso monasterio adpetisti, propterea has litteras in te affirmavimus, ut dum adviris, usualiter ipsam rem tenere & dominare debeas, & aliubi ipsas alienare pontificium non habebas. Et si hoc conaveris facere, ipsam rem à die praesente perdas. Et ut has litteras vires firmiores obtineas, manu nostra subter adfirmavimus, cum stipulatione subnixa. Actum illo.

*Traditaria de terra.*

XLIII. Notitia qualiter & quibus praesentibus veniens homo aliquis advocatus sancto illo de monasterio illo ad res illas, in pago illo, in loco cuius vocabulum est ille, quas ante hos dies femina aliqua nomine illa per suo instrumento ad ipso monasterio via fuit delegasse cum omni integritate, sicut in ipsa donatione constat, quod portio sua est ad integrum à die praesente Missus ipsius feminæ ille ipsius Missi monasterij nomine illo per ipso officio de ipsa casa per . . . herbam & cespitem, sicut lex est, ipsius Missi ad partem sancto illo vel ipso . . . visus est tradidisse, & per sua fistula ipso Missi vel ipsa feminæ

F f iij

de ipsas res se exitas ex omnibus esse dixit.  
Id sunt.

*Emunitas sanctorum.*

X L I V . Ille Rex Francorum vir inluster. Quotiescumque petitiones sacerdotum aut ancillarum Dei ad effectum perducimus, regiam confuetudinem exercemus, & nobis ad mercedem vel ad stabilitatem regni nostri in Dei nomine pertinere confidimus. Ideoque Dominis viris sanctis ac venerabilibus apostolicis in Christo patribus omnibus Episcopis, vel omnibus Abbatibus, seu in lustribus atque magnificis viris Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, seu omnes valetos nostros, vel omnes Missos nostros discurrentes. Cognoscatis quod in lustris Abbatis illa de monasterio illo, in pago illo, in loco qui dicitur ille, in honore sancti illius constructo, una cum monachis vel Dei ancillas ad laudem Christi canendum sub religione norma conversari videntur, clementia regni nostri suggestionem intulit eo quod gloriosus Dominus & genitor noster ille quandam Rex per sua præceptione sua manu robora talem immunitatem ad ipsa casa Dei, sancto illo, vel seu monasterio illo, vel ipsa Abbatis habuisse concessum atque indulsum ut nullus Episcopus aut Archidiaconus loci illius nisi orationem aut prædicationem lucranda gratia, ut nullus judex publicus quislibet judicaria potestate accinetur in . . . . vilis ipsius monasterij nullum debuisse habere introitum, nec causas audiendas, nec feda exigenda, nec fidejussores tollendos, nec mansiones aut paratas requirendas, nec nullas retributions exactandas, & quod fucus noster exinde exigere poterit, nullatenus exactetur nec requiratur. Vnde & confirmationes anteriorum Regum parentumque nostrorum nobis in presente protulit relegendas, & petit celitudine nostra ut circa ipso monasterio nostra hoc deberet auctoritas generaliter confirmare, cui nos hunc beneficium grante animo pro mercedis nostra augmentum non solù confirmasse, sed etiam in novo sub immunitatis nomine concessisse. Denuo per hunc præceptum specialius discernimus ordinando, atque omnino jubemus, quod in perpetuum absque ullis obstatulis & refragationibus volumus esse manifurum cognoscere, præcipientes ut sicut constat in supradictis titulis scriptum esse ut illud monasterium maneat absque ullum introitum Episcopi aut Archidiaco-

## Appendix

ni, nisi orationem aut prædicationem lucrando, ut nullus judex publicus in curtes vel villas ipsius monasteriæ nullum debeat habere introitum, nec causas audiendas, nec feda exigenda, nec fidejussores tollendos, nec mansiones aut paratas requirendas, nec nullas retributions exactandas, & quod fucus noster exinde exigere poterit, nullatenus exactetur nec requiratur, nisi, ut diximus, pro mercedis nostræ augmentum, sicut ab antecessoribus Reges parentes nostros seu & Domino & glorioso genitore nostro illo quandam Rege moderno tempore fuit concessum atque indulsum, ita per nostros oraculis pleniis confirmamus, quod in perpetuum volumus esse mansurum. Et ut hæc præceptio firmior habeatur & per tempora melius conservetur, manu nostra signaculis subter ea decrevimus roborare, & de anolo nostro subter segelavimus.

*Indiculum regale.*

X L V . Karolus gratia Dei Rex Francorum tam præsentibus quam & futuris Dominis sanctis & apostolicis, ac venerabilibus in Christo patribus, Ducibus, Comitibus, Domeftibz, Vicariis, Centenariis, vel omnis agentes nostros, & juniores ac successorēisque nostros, vel omnes amicos nostros, seu & omnes Missos nostros discurrentes. Cognoscat magnitudo seu almitas vestra quod nos partibus nostris bene habemus compertum quod dominus taliter illius fidele nostro illo illa merito suo compellente concessimus, ubique infra regno Dei propriio nostro homines sui ad negotium exigendum advenirent, nullus quislibet de judicaria potestate vestra nec Missus noster nulla telonea, nec nullas venditas, nec rodaticus, nec foraticus, nec pontaticus, &, sicut dixi, nullus quislibet teloneo nec venditas ejus in nullo exactare non presumatis, nisi, ut diximus, in quascunque portus civitatis seu mercada nullo contradicente suos vin. vel suus commercius quislibet negotium absque ullo contradicente potestatem habeat vendendi, quia nos taliter ei habemus concessum. In reliquo vero de parte nostra vel vestra ex nostra indulgentia visi fuimus concessisse atque indulsi, seu & in omnibus confirmasse. Et ut hæc præceptio nostra firmior appareatur & per tempora conservetur, manu nostra propria subter eam decrevimus adfirmare.

*Relatum quod dicitur apenn.*

X L VI . Mos nobilium Romanorum



adisuevit, & ratio jure depositit, ut si cuiuscunque domus igne cremetur, is per seniem scripturarum chartulam relationis, quod dicitur apennis, recipiat. Quamobrem cum quadam die inluster ille Comes ad multorum causas audiendum vel recta judicia terminandum unā cum pluribus personis resideret, ibique veniens homo aliquis nomine ille suggirerit intulit eō quod ante hos dies, casu faciente, casa sua cum omni mobili, vel intro domo compendia, seu & instrumenta chartarum ibidem igne cremassent. Et quia illi iudex vel vicini pagenes ipsius ad præsens venientes ita dixerunt vel testimoniaverunt quod ad hoc videndum acceſſerant, sic verò & actum aderat, sic supradictus ille Comes vel reliquis francis personis juxta prætorium retroque præcedentium chartula relationis, qua dicitur apennis, ei dare decreverunt, ut quicquid ex acceſſione parentum aut ex contraſtit habebat, tam per venditiones, donationes, cessiones, judicia, obnoxiationes, cautiones, commutations, seu quod per ceteris scripturis ad eum pervenit, dominum vel potestate incepſ perveniat in suo jure absque refragacione vel modulationis in suo permaneant, vicinarum manu propria subter roboravimus & post nostro roborare decrevimus.

*Hereditoria.*

X L V I I I . Dulcissima filia mea illa, ille. Dum non est incognitum, sed per populum devulgatum & patefactum, quod ego in ancilla mea nomine illa tibi generavi, & postea ante Domino illo Rege faciente denario secundum legem Salicante ingenuam dimisi, & tu minimè in hereditate mea succederi potebas, propterea ego hanc chartulam hereditoram in te fieri & affirmare rogavi ut si tibi Dominus jussiferit quod mihi in hunc seculum supradictis apparueris, de omnes res meas, tam ex alio parentum meorum quam & ex meum contractum mihi obvenit, in hereditate succedas, tam terris, manfis, dominibus, ædificiis, mancipiis, litis, libertis, accolabus, merito accolinarum, vineis, olicis, filvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, in quibusunque pagis, aut territoriis, seu agris vel omnibus locis ubi habere videor, etiam peculium, præsidium utriusque generis & sexus, aurum, argentum, drapalia, mobile & immobile, quicquid dici aut nominari potest, quantumcumque moriens de meum

dcreliquo, in omnes res meas in hereditate apud germanos tuos filios meos succedas, & æqualentia inter vos exinde dividere vel exæquare facias, & quod ad parte tua exinde recipis, quicquid exinde facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse aut aliqui de heredibus meis vel quilibet opposit personae, qui contra hanc chartulam hereditoram istam, quam ego plenissima voluntate mea fieri & affirmare rogavi, venire conaverit, tibi unā cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & præsens hereditaria omni tempore firma permaneat, stipulatione submixa. Actum illo.

*Redemptionale.*

X L V I I I . Dilectissimo mihi bene merito illo, ille. Omnibus non habetur incognitum, sed patefactum, quod tu quotidie in bonis partibus fideliter mihi servire non cessas, & pro refœctu servitij tui, & pro fidelitate tua, quam circa partibus meis impendere non desisti, mihi preparauit plenissima & integra voluntas, propter nomen Domini, ut de servitio meo temetipsum vel omne peculiare tuum redimere deberes, quod ita & fecisti, & dedisti mihi pro hoc quod mihi bene complacuit, tam in argento quam in amictu, valentes solidos tantos. Propterea hanc chartulam redemptionalem in te fieri & affirmare rogavi, ut taliter sias ingenuus tanquam si ab ingenuis parentibus suis procreatus vel natus, cum omni pecularie tuo, & nec mihi nec ulli heredum meorum nullum impendas servitium nec hominum nec libertaticum nec nullum obsequium nec patronicum; sed eam pergas partem quam volueris, liberamente & firmissimam in omnibus habeas potestatem, & neque servitio, nec ..... onus nec libertatico, nec patrocinium nec nullum obsequium nec ego ipse nec illus de heredibus meis, nec quilibet opposita persona, tibi exinde nullas calumnias nec fatigations nec repetitiones agere nec generare nec repetere non debeamus. Quod qui tentaverit, & a me vel heredibus meis defensatum non fuerit, inferamus tibi una cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & præsens redemptionale omni tempore firma permaneat, stipulatione submixa. Actum illo.

*Hereditoria.*

X L I X . Dulcissima atque in omnibus

amantissima filia mea illa. Ego enim vir magnificus ille. Omnibus non habetur incognitum quod, sicut lex Salica continet, de res meas, quod mihi ex alode parentum meorum obvenit, apud germanos tuos filios meos minimè in hereditate succedere potebas. Propterea mihi præpatuit plenissima & integra voluntas ut hanc epistolam heredetoriam in te fieri & adfirmare rogavi, ut si mihi in hoc seculo subprestis apparueris, in omnes res meas, tam ex alode parentum meorum quam ex meo contractum mihi obvenit, in pago illo, in loco qui dicitur ille, & in quibuscumque pagis aut territoriis, ubicunque habere videor, tam manjis, domibus, edificiis, vincis, olicis, silvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, quicquid dicitur aut nominari potest, quantumcumque de meo proprio moriens dereliquerero, in omnes res meas in hereditate apud germanos tuos filios meos succedas, & æqualeatia inter vos exinde dividere vel exæquare facias.

Et quod ad partem tuam exinde recipis, quicquid exinde facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendo. Si quis verò, quod nec fieri credo.

*Cautio de vinea.*

L. Domino fratri illo ille. Ad petitio-ne mea mihi non denegasti, nisi ut in summa necessitate mea argento vel amictio valentes solidos tantos in manu mea ad præstatum beneficium mihi præstisti. Propterea oppignoro tibi vineam proprietatis meæ in pago illo, in loco qui dicitur illo anipenos tantos. Subjungit de ambobus lateribus & ambobus frontibus terra lui, infra ipsa terminatione & mensura ad integrum, & usque annos tantos fructum quem ibidem Deus dederit, ad parte tua elidiatut habere debeas, & per temetipsum ipsa vinea condigere facias; & quomodo ipso fructus tantos annos translatos habueris, & debito tuo tibi reddidero, cautionem meam per manibus recipiam, stipulatione subnixa. Actum illo.

*Securitas.*

L I. Non minima sed maxima vertitur discordia inter illo & illo. Venientes in loco illo ante bonis hominibus, repetebat ipse ille in causa sua, vel in conjugie sua illa, adversus ipsum lue, dum diceret eò quod ipsa genua sua impinxerit, & super filia eorum nomine illa cœsisset, & ipsam ibidem occisit; sed ipsa illa hanc causam minimè potuit denegare. Exinde taliter ad ipsos

bonis hominibus fuit judicatum ut illam leudem, ut lex erat, ipsius luo solvere debet. quod ita in præcente fecit, & servo suo nomine illo vel alia rauba sua ipsa illa pro illa leude ipsius lue vel conjugie sua illa, in quod eis bene complacuit, dedit. Propterea jam dictus ille & coniugis sua illa hanc securitatem in ipsa illa vel ..... go suo fieri & adfirmare rogarerunt, ut nullo unquam tempore de jam dicta causa, nec de illa morte, nec de ipsa leude, nullas calumnias nec repetitiones nec fatigations nec nos nec nullus de heredibus nostris nec quislibet opposita persona agere nec generare nec repeterem non debeamus. Quod qui attentaverit, & a nobis vel heredibus nostris defensatum non fuerit, inferamus tibi unâ cum socio fisco auri uncias tantas, argento pondo tanto esse multando, & præsens securitas omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixa. Actum illo.

*Donatio ad filios.*

L II. Gestâ lex & consuetudo exposcit ut quæcumque persona naturales filios habuerit, & alios plures non habuerit, si eos in sua voluerit instituire hereditate, qualiter in suum potius arbitrium ad faciendi id pater hoc quod in eos voluerit, liberam habeat potestatem. Ideoque ego ille, dum non est incognitum quod femina aliqua nomen illa bene ingenua ad conjugium mihi sociavi uxore, sed qualis caufas vel tempora me oppresserunt ut chartolam libelli dotis ad eam, sicut lex declarat, minimè exceſſit facere, unde ipsi filij mei, secundum legem, naturales appellantur, & filios in ea generavi, quibus baptismo nomen imponimus illos & illos, propterea volo ut prædicti filij mei in omni corpore facultatis meæ in pago illo, in loca denominantes illos & illos, in legitimam successionem debeat addere appatuere, hoc est, tam terris, manjis, unâ cum superpositis dominibus, edificiis, utriusque generi sexus peculiis, mancipliis ibidem commanentibus, tam ibidem quam & aliunde translati, sicut dixi, quod nostra est posseſſio, & quod de successione parentum nobis obvenit, tam de alode, quam de comparato vel de qualibet adtractu ad nos noscitur pervenisse, & quicquid à die præsente nostra est posseſſio vel dominatio, cum omni jure & merito & omni re inexquisita quandoquidem moriens dereliquerero, in vestra debeat revocare potestate & dominatione, & faciat exinde jure

jure proprietario quod volueritis, & nullus vobis de omni hereditate mea repudiareret non debat, nec facere possit, stipulatione subnixa.

*Mandatum.*

LIII. Dulcissimo amico meo illo, ego ille. Rogo atque injungo caritate tua ut hias ad vicem meam ad civitatem illam, ad illo defensore & illo professore, vel curia publica ipsius civitatis, & hanc epistolam, qua ego filios meos illos in totius hereditatis meae legitima successione instituire & legitimos filios meos, sicut in ipsius epistola textu continetur, conscribere volui, ea gestis municipalibus, ut mos & lex est, juxta morem & consuetudinem alligare atque firmare facias, ad prosecutionem celebratam. quod tibi rogo mihi rescribere pigrum non graveris stipulatione.

*Hereditaria de hereditate.*

LIV. In nomine Domini. Anno illo Domini nostri illius Regis, mensie illo, gesta habita apud laudabile viro illo defensore & illo professore vel curia publica ipsius civitatis, ille ait. Quæso vobis, optimæ defensor, ut mihi codices publicos patere jubeatis, quia habeo quædam prosecutio que gestorum allegatione cupio roborari. Memorati defensor & ordo curia dixerunt: Patent tibi codices publici, prosequere quæ optas. Ille dixit: Amicus meus ille mihi injunxit per suum mandatum sollemniter roboratum ad laudabilitatem vestram accedere debere, & hanc epistolam, quam ipse, sicut textus declarat, in predictos filios suis illos conscripsit, pro eo quod in bene ingenua femina illa ipsos generavit, & tamen chartolam libelli dotis ei secundum legem non adfirmavit, propterea jam dicti filii secundum legem naturales appellantur, ita antedictus pater eorum ei complacuit ut ipsos secundum legem Romanam in ipsa civitate ante curiam publicam debeat in legitima totius hereditatis suæ instituire hereditatem, ita & fecit, dum inprolis, nec legitimos infantes non habuerit, ipsos in legitima hereditate pro legitimis filiis in omnes causas recepit; ut prædicta epistola juxta morem & consuetudinem gestis municipalibus alligari atque firmari debeat. Suprascriptus defensor una cum suis curialibus vel subscriptionibus instituerunt vel inobdierunt sub signaculis. Et hæc gesta quomodo est conscripta, manu eorum roborta, ei vidi fuiimus tradidisse, stipulatione subnixa. Actum.

Tom. II.

*Epistola.*

L V. Magnifico amico meo illo, ego ille. Cognoscas juxta injunctionem tuam, ut per tuum mandatum mihi rogasti, ad illa civitate ad illo defensore vel curia publica ipsius civitatis me accessisse, & hanc chartolam, qua infantes tuos, quod natürales sunt, in legitima hereditate secundum legem instituisti, sicut in ipsa chartolam de rebus quam & de ipsa munera ad ipsius infantes continetur, gestis municipalibus juxta morem & consuetudinem allegasse atque firmasse cognoscas, & de perfectione celebrata, quod mihi rogasti, rescribere vel prosequere mihi pigrum non fuit. stipulatione subnixa.

*Gesta manumissionis.*

L VI. Quod secundum legem Romanam actum est nullatenus revocetur. Itaque sub die illo, anno illo regni Domini nostri illius Regis, Indictione illa, vir venerabilis ille Diaconus testatur eis quia stabili sub scripturis manumittere in Ecclesia illa vindictaque liberare famulo illo suo nomen illo bene sibi merito secundum constitutionem bonæ memorie Constantini legis, qua fixum est ut omnes qui sub oculis Episcoporum, Presbyterorum, seu Diaconorum in Ecclesia manumittuntur, ad civitatem pertineat, & ab Ecclesia defensetur, & vult eum juxta consuetudinem, cuius commemoratione \* subprærida est, ad civitatem pertinere Romanam, ea <sup>\* Lindena*lrog. supra.*</sup> tamen conditione ut eat ubique, quam vohuerit partem perget, tanquam si ab ingenui parentibus fuisset natus vel procreatus, & nulli heredum ac proheredum meorum minimè quicquam debeat servitutis, nec libertutatis gratiam, nec patronatus obsequium, sed, sicut dixi, sub integra & legitima ingenuitate debeat permanere ingenuus atque securus, & semper ad civitatem debeat pertinere Romanam, testamentum etiam faciendi liberam in omnibus habeat potestatem. Si quis verò.

*Traditoria.*

L VII. Notitia traditionalis, qualiter vel quibus praesentibus venit homo aliquis nomine ille ad illo manu, quem ante hos dies per chartolam venditionis ad filium suum adfirmavit, per ..... vius fuit tradidisse vel consignasse, & exitum inde fecisse. His praesentibus.

*Obnoxiationis.*

L VIII. Domino meo semper, ego enim ille. Dum non est incognitum quali-

G g

ter instigante parte adversa mihi contigit  
quod ego caballo ad hominem aliquo nomi-  
ne illo in texaga subduxerim, unde & de furto  
victus apparui, & vita periculum exinde  
incurrere potueram, & ego non habeo

unde ipsum facinus vel ipsum furtum  
emendare vel satisfacere debeam, prop-  
terea expetivi a vobis, & habuit pietas &  
dignatio vestra. & reliqua.

# FORMVLÆ SIRMONDICÆ S I V E . FORMVLÆ VETERES

SECVNDVM LEGEM ROMANAM,  
Primò editæ ex codice clarissimi viri Iacobi Sirmondi.

## INCIPIVNT CAPITVLA.

- |   |   |
|---|---|
| 1. <b>D</b> onatio Ecclesie.  | 23. Epistola qualiter extraneo homine quis<br>in locum filij adoptetur.                                     |
| 2. <i>Mandatum.</i>   | 24. Epistola qualiter pupilli recipientur.  |
| 3. <i>Gesta.</i>  | 25. <i>Patrum inter parentes.</i>   |
| 4. <i>Cessio.</i>   | 26. <i>Commutatio.</i>  |
| 5. <i>Venditio.</i>   | 27. <i>Confirmatio legis.</i>   |
| 6. <i>Obligatio.</i>  | 28. <i>Item appennem.</i>   |
| 7. <i>Precaria.</i>   | 29. <i>Editio legibus comprehensa.</i>  |
| 8. <i>Item venditio.</i>  | 30. <i>Relatio cum judicio.</i>   |
| 9. <i>Venditio de servo.</i>  | 31. <i>Breve sacramenti.</i>  |
| 10. <i>Venditio de semei pfo, qualiter homo li-<br/>ber venandetur.</i>                 | 32. <i>Si quando masculus &amp; semina pariter<br/>raptum conseruent, infra quinqueannum<br/>litigetur.</i> |
| 11. <i>Epistola collectionis.</i>   | 33. <i>Iudicium evindicatum.</i>  |
| 12. <i>Ingenitus.</i>   | 34. <i>Epistola Abbatis.</i>  |
| 13. <i>Cantio.</i>  | 35. <i>Donatio ad Ecclesiam post obitum.</i>  |
| 14. <i>Donatio in sponsa facta.</i>   | 36. <i>Cessio a die presente.</i>   |
| 15. <i>Traditio.</i>  | 37. <i>Venditio ad Ecclesiam.</i>   |
| 16. <i>Charia in paullam facta ab eo qui ipsam<br/>invitam traxerit.</i>                | 38. <i>Epistola Abbatis.</i>  |
| 17. <i>Donatio inter virum &amp; uxorem, tamen<br/>gestu sit alligata.</i>              | 39. <i>Securitas de homicidio.</i>  |
| 18. <i>Item alio modo.</i>  | 40. <i>Iudicium, juxta quod causa continet.</i>   |
| 19. <i>Libellum repudij.</i>  | 41. <i>Breve sacramenti secundum ipsum ju-<br/>dicium.</i>  |
| 20. <i>Mandatum qualiter maritus negotium<br/>uxoris presequatur.</i>                   | 42. <i>Notitia de alode evindicato.</i>   |
| 21. <i>Charia qualiter pater filium vel nepotem<br/>de rebus suis meliorare potest.</i> | 43. <i>Venditio de casa vel area infra civitatem.</i>   |
| 22. <i>Epistola qualiter nepotes in loco filiorum<br/>instituuntur ab avo.</i>          | 44. <i>Qui se in alterius potestate commendat.</i>  |
|   | 45. <i>Evacuatoria.</i>   |
|   | 46. <i>De caufis commendatis.</i>   |

## EXPLICIVNT CAPITVLA.